

forti manu, honestati reddatur absolutum. Illa...

QUESTIO XI.

Quare huic Episcopo minatur Dominus, quod advenit tanquam fur?

73. Cum Dominus ex quadam similitudine adventum furis minatur, sine dubio nocturnum tempus respicit...

74. Dominus explicat suum ad ventum ad modum furis. Matth. 24. Apoc. 16.

75. Ex comparatione furis minatur Dominus Episcopo. Hac ergo comparatione furis adventus huic Episcopo factus...

76. Primò a t Dominus, si ergo non evigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te...

percussit Dominus omne primogenitum in terra Egypti. Exod. 12. n. 29. Nam omnibus vigilabit nullus Domini...

Secundò, venit fur ut spoliaret omnia bona domus simul cum vita domini Sic admonet Dominus hunc Episcopum...

Tertiò fur sic venit, ut nunquam dominus illorum bonorum compos sit. Richard. Veniam ad te tanquam fur, qui venit...

Adverte ut bene notavit Rupert. quòd Dominus in presenti ait huic Episcopo, si non evigilaveris, veniam ad te...

QUESTIO XII.

Quare in Sardis civitate amplissima pauca nomina inveniuntur?

Cum dicitur huic Episcopo, Habes pauca nomina; id est, paucos Christianos verè fideles, ac rectè viventes...

Fit ergo hic allusio, primò ad singularem benevolentiam, ac timorem erga suos justos, quos Deus ex peculiari gratia dicitur agnoscere ex nomine...

Hinc ultimò dicendi modus Alcazar, et si ingenio sit excogitatus, minùs apud est ad litteram...

Quæstio tamen principaliter inquit, cur dicantur pauca nomina, seu pauci justi in Sardis: Respondet primò Richard. de S. Victore...

Secundò, idem Richard. à S. Victore, Habes, ait, paucos bonos, qui tibi subiecti sunt, attende, & vel ex tantillo residuo boni confortare...

& dormientes in peccatis ac ad servos bonos, & vigilantes operibus sanctis; ad servos dormientes venit ut ex inopinato tanquam fur...

80. Ait Dominus Iosue 1. n. 1. Moyses servus meus mortuus est. Maximè notanda est magna Moysis commendatio...

Ap. 3. n. 4. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis...

VERSIONES.

Syrus. Sed habes pauca nomina in Sardibus, quæ non polluerunt vestimenta sua, & ibunt mecum in albis. Pagin. Habes pauca nomina, quæ...

EXPOSITIO IV.

81. ED habes. Hujus adversativa particula (sed) ista est vis: non omnes involvit hæc mea comminatio, nec contra omnes pronuntio hanc poenam...

Ambulabunt mecum in albis, clarissima splendidissimaque stola immortalitatis, & gloriæ decorati, utpote æternitatis candidati...

exemplum cum eis recte vive. Ex quibus eorum exemplum colligo, & primo...

Magnum solariis praedatis subditos bonos habere...

88. Richard. Confusio est superioris, quod ipse sit iniquus...

89. Prim. Inter malos bene vivere rarum, & laude dignum.

90. Aesbert. Haymo. Justi pauci & rari.

91. Psalm. 16. Chald. Pagnin. Eugubin.

Coloss. 1. app. nos...

Ephes. 1. justorum numerus, valde rarus. D. Chryl.

92. Mich....

ficus desideravit anima mea. Multum deplorat Propheta, quod factus est, sicut qui post vindemiam colligit racemos, & cur non in ipsa vindemia? Per racemos, ut interpretatur...

D Hieron. Cyril. Justus valde rarus in Hebraeo populo.

Corn. Arias.

QUESTIO XIII

Quare illi pauci justi, qui erant in Sardis dicuntur quod non inquinaverint vestimenta sua?

IN limine quaestionis inquirendum, quid per vestimentum intelligatur? Aretas per vestimenta, corpora accipit, quae sunt veluti quoddam...

93. Aretas. Quid sit vestimentum.

Alcazar.

94. D. Ambrosius. Haymo. Areta. non hira. Lm. Hayo.

Tertio, & communiter Ambrosius, Haymo, Beza, Ribera, M. Joan. de la Haye per vestimenta, innocentiam, & puritatem, quae in baptismo accepta, & cum perseverantia conservatur, vel certe si per peccatum inquinatur, per poenitentiam...

95. Deus ob castos abstinere a peccatoribus poenitentibus.

Aretas.

Hae tamen alterius examinanda sunt dicitur Episcopo, Hues pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua. Non dicitur sunt in Sardis, sed habes tu, qui non inquinaverunt, &c. ac si ei diceretur: Tu mortuus es peccato mortali, plurimique & tui spiritualiter mortui sunt, ut patet ex antecedentibus, & ideo supplicio digni sunt, sed aliquos castitate fulgentes inspexi & eorum intuitu a poenis inflegendis, licet debitis, abstinui: Nam Deus puros, & castos maxime venerat.

Secundo, dicitur, Qui non inquinaverunt vestimenta...

Andr. Cael. Altera. Ansbertus. vestimenta sua. Andreas Cæsariensis. Aretas, & Ambrosius. Ansbertus interpretantur de illis, qui post susceptum baptismi candorem conscientiam suam...

Ephes. 4. Coloss. 3.

97. Richard. Per poenitentiam antiqua immunitas recuperatur. Tertio, de his etiam, qui post admissum peccatum conscientiam suam poenitentia mundantur; hunc locum interpretatur Richardus Victorinus...

98. Quarto, pauca nomina, qui non inquinaverunt vestimenta sua, id est, ut explicant Aretas, Joachim, qui luxuria sordibus corpora sua non contaminaverunt. Tota hac dignitas nominatorum virorum in eo sita consistit...

Tertul.

99. Psalm. 140. Chald. Hebr. D. Hieron.

Ait Regius Vates Ps. 140 n. 6. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Pro illo verbo, Dissipata sunt, Chaldaicus legit, Dispersa sunt membra nostra. Alii ex Hebraeo, Emollita sunt ossa nostra secus infernum. D. Hieron. legit, In ore inferni. Sed unde ossa nostra, seu membra nostra sic sunt dissipata; dispersa, ac emollita in ore inferni, seu ut ad os inferni pervenirent, explicat ibi Arnobius...

Dum Cain generationes, quae diluvio periturae erant, narrantur, ad ultimas deveniens textus, & diluvio jam proximiores, dicitur Genes. 4. n. 21. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera aëris, & ferris. Verò Tubalcain Noëma. Ecce jam in ultima Caini generatione, & diluvio jam proxima ponitur Noëma. Sella filia cujus nomen significat voluptatem; & si in generationibus principio mundi narratis, nulla exprimitur...

filia, cur in hac ultima Caini generatione filia proponitur, & Noëma, id est, voluptas vocatur? Ostendebatur, quod omnis caro corruperat viam suam, & quod generatio jam per diluvium peritura erat, & idem meritò in ea femina proponitur, & ea femina, quae voluptatem sonat: ut enim femina voluptate pleata apparet, ibi & carnis corruptio a patre mors, ac interitus omnium nostrum monstratur. Sic ait D. August. lib. 15. de Civit. cap. 20. Progenies ergo ex Adam per Cain sceleratum undenario numero finitur, quo peccatum significatur, & ipse numerus a femina clauditur, a quo sexu initium est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est autem, ut voluptas carnis sequeretur. Nam in ipsa filia Lamech Noëma, id est, voluptas interpretatur.

Ubi femina, ibi mors, & interitus. D. August.

101.

Ob injuste occisum Naboth, denunciatur Achab per manum Eliæ, quod ipse interfecisset, & quod sanguinem ejus lambent canes, ut lincerunt sanguinem Naboth 3. Reg. 21. n. 9. quod cum audisset Achab scidit vestimenta sua & operuit cilicio carnes suas, jejunavitque & dormivit in sacco. Tunc ait Dominus ad Eliam dicens, Nonne vidisti humiliatum Achab coram me, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus. Idem n. 29. Et tamen multum denuntiatur illi accidit, cum in bello sagitta percussus occubuit. Canesque lincerunt sanguinem ejus. 3. Reg. c. 22. n. 38. Et unde fieri potuit, quod habens ex Deo promissionem salutis, tamen foede occisus est, & victus? unde tantum donum promissum illi immutatur. Ex consorcio, ac societate scabellis hoc habuit: ut in poenitentia non perfectaret, sed in nova sacrilegia veniret, & inde perdidit donum promissum Divinae bonitatis, ut ab uno evadens periculo in aliud mortis inevitabile incidere. D. Ambr. lib. de Naboth. c. 7. An oraculum falsum est? Nam Achab, & victus est, & occisus; sed considera, quia Izabab habuit uxorem, cujus ducebatur arbitrio, quae avertit cor ejus, & nimis sacrilegium execrabilem fecit, & hunc ejus poenitentia revocavit affectum. Oa societatem unius depravatae mulieris donum salutis promissum perdidit.

3. Reg. 21.

1. Reg. 21. Laqueus mulieris homines trahit ad mortem.

D. Ambrosius.

QUESTIO XIV.

Quare pro magna laude horum justorum dicitur, quod ambulabunt cum Christo in albis, & redditur ratio? Quia digni sunt?

Dignitatem horum justorum ex multiplici circumstantia apposita in hoc vestu considerabat Albert. Magn. Primò, Eorum paucitas, cum dicitur pauca. Secundo, In conspectu Dei eorum pretiositas, cum dicit nomina, Deus enim rem vilem non nominat, nec approbat. Tertio, Ipsorum pulchritudo, & puritas, qui non inquinaverunt vestimenta sua, id est, corpora. Quarto, Bene agendi facilitas, cum dicit ambulabunt. Quintò, Plena ad Christum conformitas, cum dicit, mecum in albis. Sextò, Honoris dignitas, cum dicit, quia digni sunt. Similiter D. Bernard. Senens. sic, ait, Est notandum, quod virgines hae...

102.

Alb. Magn.

D. Bernardus.